



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Imago 9. --Magna sol virginis astro Nascitur --

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

etiam gestit. Sed malim id aureo Ambrosij stilo depingere, quam meo. Quem audi (in Lucam c. i.) Duplici miraculo prophetant matres spiritu paruulorum. Exultauit infans; & repleta mater est. Non prius mater repleta, quam filius: sed cum filius esset repletus Spiritu sancto, repleuit & matrem.

5. Minorem. Filius matris sue censetur imago simillima, sed hinc filio suo minor mater gloria existit.

Ioannes Christo horoscopum vti Vates & Astrologus designat.

Imago 9.

-- Magna sol virginis astro

Nascitur --

1. Solem, sed paruum in
2. Virgine, cui in
3. Dexterâ cornu copia, in
4. Lauâ ramus floridus cum pomo punico.
5. Genius alatus
6. Astrolabio demonstrat vti horoscopum.
1. Christum puerum in
2. Deiparâ cui
3. Gratia diuina affluentia vberior
4. Flos virginitatis & fructus virginei partus.
5. Ioannes puer indicat,
6. Spiritus Sancti dono, quod est intellectus, quo ostendit Christum breui nasciturum.

IOAN.

IOANNES AD CHRISTVM.

V In tibi designem natali sidus in horâ?
 Sol nunc agit sub Virgine.
 Latior haud vsquam surget, nec pulchrior ætas,
 Dat Virgo fruges, sol decus.
 Frugibus implebit iam fertile copia cornu,
 Cui pax decora floreat.
 Semper in augusto si sol stat Virginis astro,
 Messes perennes auguror.

NOTÆ.

Ramus floridus. Sarculus punica mali præter
 aliarum arborum vsus debet florens inseri. Sic & hu-
 manitas in Christo insita deitati, idque in ea stirpe Iesse,
 Beata in quâ Virgine, ex qua & flos virginitatis integer-
 rimus, & fructus è partu pulcherrimus cum corona diui-
 na maiestatis enituit, vti in pomo punico, quod natura
 sua coronat.

Beata Virgo & eius Puer cœlestem ad-
 flat auram, quâ Elisabeth & Ioannes,
 vti organum concinunt.

Imago 10.

*Da Zephyrum puer hinc, accinet
 inde parens.*

1. Vultus Virginis,
2. Vultus item Pueri.
3. Ambo in alis Cherubim adspirant
4. Auram suis oribus, obuio

5. Organo